

cessaria esse judicavero. Si enim id pro dignitate persequi in animo esset, non nisi quamplurimis capitibus, aut etiam libris res tota clauderetur. Inprimis igitur in hoc regno ab omni temporum serie, sola ea gubernatio ad Rempublicam gerendam probata est, quæ in unius Imperio Monarchicam sustinet majestatem. Aristocratiaë porro vel Democratiaë, vel alterius cujuslibet Policratiaë, vel ipsum nomen apud Sinas est inauditum. Olim quidem sub uno Monarcha non pauciores erant inferiorum tituli, quam apud nos Ducum, Marchionum, Comitum, atque cæterorum hujusmodi. Verum ab annis proxime mille octingentis hi peculiarium dominiorum tituli, potestasque est omnino sublata.

Ac licet ab omni memoria, civiles tumultus bellaque minime defuerint, sive priusquam hæc ratio mutaretur, sive ex quo mutata est, tam-